

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Humilitas ad
cum uariis

Bona humilitas que et in presenti ab huius mordacibus curis mentem facit esse quietam, et a minacibus penis in futuro securam reddit conscienciam. Humiliacio uia est ad humilitatem sicut pacientia ad pacem, sicut lectio ad scienciam. Si ergo uirtutem appetis humilitatis, uiam non refugias humiliacionis. Solus qui uere humilis est, parcit anime sue; qui ne putetur quod non est, semper quantum in se est, uult nesciri quod est.

Bernardus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Humilitas ad] Humilitas ae P V¹ V² L¹ L²; huius] huiusmodi P V¹ V² L¹ L²; facit] faciat (*cor. sub lin.*) C; uere] ubi (*cor. infra*) B; qui] que C; Bernardus *om.* L¹ L²